

Wk. 217.3

X 6
1263

ADMONITIO
SCHOLASTICA ET NECESSARIA
PRO DEFENSIONE LEGITIMA ADAMI CRA-
TONIS NORTHUSANI Pastoris & Superintendentis
Ecclesiae Calbensis ad ripas Sala.

DE STRENA
SCHOLASTICORVM SOTE-
ROPOLITANORVM, DEQVE LOGICA IPSORVM NO-
VA, ET RECENS NATA IN SCHOLA ZERVESTENSI,
cuius lumen nec Aristoteles, nec Plato, nec Socrates, nec Alexander Athenis Pro-
fessor Imperatorius, nec reliqui Aristotelici organi interpretes, nec Raymundus
Lullus, nec Petrus Hispanus, nec Rodolphus Agricola, nec Casarius, nec Melancho-
thon, nec Ramus, nec Perionius, nec Hyperius, nec Strigelius, nec Crusius,
nec Chytraeus, nec Schola ulla, nec homo omnino
ullus uiderat antea.

Accessit Eiusdem ΔΙΕΚΔΙΚΗΣΙΣ.
IN CRIMINATIONEM ET CALVMNIAS VA-
nissimas Gregorij Bersmanni.



GERAPOLI Anno D. M. X. C. II. 3.



11

11

TO THE HONORABLE THE SENATE OF THE UNIVERSITY OF

OF THE STATE OF NEW YORK

IN SENATE

January 15, 1882

REPORT

OF THE

COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

IN ANSWER TO A RESOLUTION PASSED BY THE SENATE

ON JANUARY 15, 1882

ALBANY:

WHELAN & SON, PRINTERS, 1882.

IN GRANTING

THE

LANDS

TO

THE

STATE

OF

NEW

YORK

AND

THE

REVENUE

OF

THE

STATE

OF

NEW

YORK

GERARDI AND B. M. N. C. I.



PRÆCEPTORIBVS
SCHOLARVM PIARVM
ET STUDIOSE IUVENTVTI

ἐν δίαγγελ.



RNATISSIMI VIRI ET ADO-
lescentes bonarum artium atq; liberalissima-
rum disciplinarum cupidissimi, DEVM
τὸν καὶ διογνώσκω & conscientiam testor, inuisi-
tum me pertractum ad hanc scholasticam ado-
monitionē, & ad strenuam Soteropolitanæ refutationem. Non
enim me latet, quam iniquos habeat vita scholastica censors
passim, quos ego in contemptum nostri ordinis incitare nolim.
Verum cum Alazon ille Gregorius Bersmannus, à me neq;
verbo neq; gestu laesus unquam, non semel tantum, sed bis
ter vè conatus sit publicè emissis pasquillis famam meam, ex-
istimationemq; elevare, nec potuit sedari eius intemperies,
Responsò meo pio & modesto: Verum ea ipsa pietate & mo-
destia mea in rabiem & furorem planè conuersus est, qui pos-
tuli aliter, quam vt semel stulto responderem pro stultitia sua,
ne sibi videretur, pulchrè sapiens. Vos autem omnes & sino-
gulos oro atq; obtestor nequit quam istorum, quæ in Bersman-
num dicuntur vobis, aut toti scholastico ordini dictum pute-
tis. Scio enim pias scholas esse sanctas officinas DEI, in quibus
iuuentus tenera educatur & informatur in vera pietate,
liberalium artium & linguarum honestarum studio, & mo-
ribus probitatibus, vt DEVS ab ipsis celebretur & edificari
Ecclesia possit. Vtq; politia & æconomia salutariter adminis-

2

strentur

strentur, & quilibet fame sua, valetudinis, vitæq; ac fortuna-
rum sciat rationem habere, quoad superfuerit, donec in coele-
stem & æternam scholam trasmigret, Ea q; propter Etsi rarò
Rectoribus pijs & fidelibus æqua lance pro labore plusquam
Herculeo, redit merces: Non tamen in DOMINO labor ip-
sorum inanis est. Et ipse DOMINVS merces ipsorum est co-
piosa nimis, teste CHRISTO Matt: 27. Is ego molestias
augere non velim neq; in ipsos quicquam mihi iuris sumo sed
magis multò omnia ipsis humanitatis & Reuerentiæ officia
vltro defero. Quemadmodũ autem Deo & parentibus à qui-
bus initia vitæ accepimus & præceptoribus nostris à quibus
rationem rectè viuendi percepimus, non potest reddi precium
æquivalens, vt Alexandri Magni vox habet, nunquam satis
laudata: Ita me herculè omni sceleratissimo scelere maius est,
iuuentutem studiosam informando aut negligere, aut corrumpere,
Quod cum furiosè faciat Bersmannus, & tam artium
dicendi, quàm impietatis exercitio suæ fidei commissis male
consulat, & exemplo noceat alijs. Iccircò vos ipsum potius
ab incepto, revocabitis, vt ad sanio rem mentem & ad frua-
gem meliorem redeat, neq; sese tam ancipiti prælio committat,
& negotijs immisceat alienis. Me verò meosq; pijs vestris pre-
cibus commendo. Bene in DOMINO valete. Coalbis ad ripas
Salæ. Ipsa die concordia, & obitus D. Martini Lutheri,
quæ erat 18. Februarij, ANNO Messia 1591.

Adamus Crato North: Pastor,
Superintendens Ecclesie
Calbensis.

ADMO.

ADMONITIO SCHOLA
STICA ET NECESSARIA,
DE
STRENA SCHOLASTICORVM
ZERVESTENSIVM.

DERODROMVM AMLINGITI-
cum, hoc est, mendacissimum, anno superiori
subsequuta est protestatio Amlingitica, id est,
mendacissima, intempestiva & futilis nomine
Anhaltinensium Ecclesiarum. Ad utrumq;
scriptum, respondi pie & modestè ut res fere-
bat & occasio. Et quia ὁ πλῆθος ὁ μύθος τῆσ
ἀληθείας ἐστὶν, οὐ ποικίλων δὲ τῶν αὐτῶν ἐρμηνευμάτων. Ea q; propter boa-
nis & gravibus viris de calumnijs adversariorum satis sum excusa-
tus. Fecem autem istam τῆσ διαβολίας hoc est, secta Amlingiti-
ca, responsio atio non dignos iudico, quam quod Publius ait: Falsū ma-
ledictum, maleuolum mendacium est. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἐρπεὶ ψεύδος εἰς
γῆρας χρόνος. In explicatione controuersiarum grauisimarum pij can-
dorem & fundamenta verbi diuini animaduertunt, & discussis ne-
bulis τῆσ γοητείας quibus adversarij legentium oculos & animos
perstringebant, atq; inuenta veritate grati acquiescunt.

Irrepserant autem in responsum posterius vernacula lingua con-
scriptum, complures menda, Quod Typographi culpa factum esse, vel
hinc apparet, quod non tantum alicubi ἑτυμολογικὰ quadam, vitiosè
imprensa sint, ut calumniant & negant, quod in αὐτογράφῳ fuit ca-
lumniantur & negant, & id genus alia: Verum etiam, sensus & mens
scriptionis bis, teruè ita deprauata fuit, ut pro affirmatiua negatio
legatur, & pro negatiua, affirmatio. Quin & à calce libri cum spa-
tium non deesset, tamen resecta sunt, qua graui de causa adieceram
ex historia Patriarchæ Ioseph, qui Gen. 50. fratribus inquit: Jhr ges

Dachtees böse zumachen/ Gott aber gedacht es gut zumachen/auff
das er thete wie es für augen ist/ zuerhalten viel Volcks / Item/
Verba Psalmi 70. Eile Gott mich zuerretten / HERR/ mir zu
helffen/ Es müssen sich schemen/ vnd zu schanden werden/ die nach
meiner Seelen stehen / Sie müssen zurück kehren / vnd gehönet
werden/die mir vobels wünschen/das sie müssen widerumb zu schan
den werden/die da vber mich schreien da/da.

Frewen vnd frölich müssen sein an dir / die nach dir fragen/
vnd die dein Heil lieben/ Immer sagen/hochgelobt sey GOTT.

Ich aber bin elend vnd arm / Gott eile zu mir/denn du bist
mein Helfer vnd Errecker.

Mein GOTT verzeuch nicht.

*Hei monere inuicō debui, ne apud bonos ea culpa mihi impute-
tur. Quod si, Aduersarij pro more inde arripuerint nouam caluma-
niandi & conuiciandi materiam, hoc ita, prudens lector aestimet.*

Das sie gern etwas bessers geschrieben / so zu erhaltung ihrer errega-
ten Disputation dienen möchte / wenn sie es wüßten/ Interim ludos
agunt, Sperren den Leuten das Maul auff/ mit solcher hohhiplea-
ren/ Als die Lotterhuben/ vnd die ihres gleichen sind / die haben lust
vnd wolgefallen dran.

*In primo responso obiter tantum monueram, conuictum esse
Syllogismum istum, & scopas dissolutas, qui argumento tamen ipsis
videtur, A hilleo conclusus Im Tauffb: p. 71. Nam ad primam
Figuram cum sit accommodatus, nulli tamen modorum eius Figura
conuenit. Quia scilicet, assumptio in Syllogismo Amaligitico Negatis
ua sit, quam ratio preceptorum exigebat affirmatiuam esse.*

*Hinc nouum mihi & quidem Scholasticum cum istis certamen
exoritur in arte logica, ubi (ut solent) triumphum canunt ante vi-
ctoriam, mihiq; ferulas & verbera, quae meruere ipsi minitantur ὄν
γὰρ πνέοντες μεγάλα (ut est in Euripidis Andromache, citante, Sto-
bae ser: 22.) Ἰδὲ κρείσσον λόγον πικρῶς φέρει τῶν ἐλασσόνων ὑπο.
Qui altum spirant, & valde sunt inflati, ij meliores sermones audire
ab inferioribus agrè ferunt.*

Protra

Protrudunt autem scholasticos personatos in arenam, qui hanc
 pugnam mecum depugnent. Sed ipse Dominus Magnus suum
 postea adiunctis versibus, nomen apponit, quem ego qui vir fiet, &
 quam probus, non nisi ex famosis ab ipso editis libellis, & ex hac stre-
 na noueram, neq; unquam vel verbo vel gestu, eum offendisse potui.
 Et me hercle proteruum atq; ἐτερόκλητον oportet homini inesse inge-
 nium, qui ut possit se immiscere alienis negotijs, & aliquid esse velu-
 ti Saul inter Prophetas Domini, oder vielmehr als ein erkaufter
 Fasnachts Narr! non solum Beatam animam de Ecclesia Christi op-
 time meriti Dn: D. Martini Kemnitiij, postquam, rebus humanis
 exempta est, mendacijs suis inuoluit, sed & alijs qui adhuc sunt in vi-
 uis ut D. Chytrao, Selneccero, indignè insultat, tanquam Mulus ino-
 gratus, me verò in primis petit, Alazon, furore Orcio, & somnia
 sibi de me, nescio quid non facinoris; & quod discendo nondum cog-
 nouerim Formas Dialecticas Syllogismorum, & quod, vel ignoran-
 tia vel incuria lapsus, vel iracundia prapeditus non animaduertirim,
 quod sit subiectum, quod predicatum, propositionis. Miris sannis
 & sarcasmis hic abundat, ut rectè eum pernorit qui ita describit
 hominem.

ORCIVS ex **ORCO** sua dicitur crimina **NANO**
 In, nil promeritum tale, **CRATONA**, meum;
NANVS erat ferulis, & duro verbere dignus,
BERSMANNVS, talpa caecior in proprijs,
 Artis id esse iubet, quod erat tamen ἄλογον: augens
 Exemplo pueros, τῆ πολυπραγμοσύνη
 Totus is est scelus, est & vespertilio totus,
 Ut qui **BERSMANNO** non bonus, ille bonus.

Ἡ ἀίχρῶς παρ' αἰχρὰ ἐκδιδάσκειται id est, à turpibus turpia addit
 aur, Hac ille tanto fastu agit, tantoq; abusu scholae suae, ut non mirū sit
 fiet;

si ei in primis quasi incunabulis tam peruersa informatione proram aliquam affricando inducat, quae prohibeat pios parentes, quo minus in istiusmodi, impietatis, calumniarum, obscenitatis, mendaciorum, sophistices & famosorum libellorum officinam suos erudtendos concedant liberos, quod tamen citra ignominiam urbis & Schola, feruentis tam atrox iugum iniquissimi praeceptoris, dictum velim.

At vos adolescentes studiosi, quos paternè alloquor, & quorum aetas adhuc tenera est, non addiscatis eas artes, ea studia non amplectimini, quorum vos pudeat in senectâ, quibus dediscendis plus laboris sit impendendum, quam fuerat in percipiendis. Quod si felix aliquandiu est cuiusdam impietas, quantò felicior futura est, ἢ εὐσείβεια, μετ' αὐταρκείας, φιλοσύχια, ἢ καλοκαγαθείας studium, Hac vobis inculcasse oportuit. Nunc, unde digressus eram, redeo.

Quod igitur ad ipsum accusationis caput attinet, si quis sit cupidus cognoscendi non quid in controuersia enata vel verè vel falsò dicatur, sed quam firmus, quam legibus Dialecticis sit accommodatus Syllogismus.

Agite videamus primum, quid sit id, quod in questionem veniat, tum conspicietur facile non quid Gramatico sit subiectum & predicatum, sed quid Dialecticus loco subiecti & predicari ponendam censeat, & quo argumento primi istius Syllogismi Authores sententiam suam concludant.

QVÆSTIO AVTEM EST DE

hac Propositione.

AN liberi Turcarum, Iudaorum & Ethnicorum incredulorum sint Bantizandi, vel an habeant ius vtendi Baptismo, vel vt Germanica ad verbum exprimantur, An illis competat sigillum fœderis, Oder wie sie es ausreden / Ob der vnglaubigen Türcken/ Jüden/oder Heiden Kindern/ die heilige Tauffe/ Als das Siegel des Gnadenbundes Gottes gebühre Tauffb: Pag: 71, oder sich dessen anzumassen haben/ Pag: 64.

Hic

Hic non ponitur ab authoribus Syllogismi, vox sigillum loco sub-
 dediti ut putat & garris strena supposititia. Sed locum subiecti obtri-
 ment hac verba, Liberi Turcarum, Iudaorum & Ethnicorum, & qua-
 ritur an illi sint baptizandi. Das ist/ ob ihnen die Tauffe gebühre/
 vnd ob der Türcken/ Jüden vnd Heiden Kinder / sich der Tauffe
 anzumassen haben / Quæstionem prædicatores Anhaltini conclu-
 dunt negativè, & loco medij termini assumunt: Non comprehendi
 in fœdere, quod falsò strena ad determinationem prædicati restringit.
 Syllogismi autem Forma & prima ἀγορεύσις talis est.

Wer im Bunde der gnaden nicht begriffen/dem gebühren
 auch nicht die Siegillen des Gnadenbundes.

Die Kinder der ungleubigen Jüden/ Türcken vnd Heiden
 sind im Gnadenbunde Gottes nicht begriffen.

Derhalben gebühret ihnen auch nicht die heilige Tauffe/
 als das Siegel des Gnadenbundes / welschs sic pag. 64. also erklee-
 ren / das sie sich der Tauffe nicht anzumassen haben.

Hunc Syllogismum ad Pontem Asinarum (ut petit Strena) si
 deducamus, & partes eius dispiciamus, apparet eum constare.

Antecedente	{	Propositione
		Assumptione
Consequente,	{	Complexione Vt; P. Ramus nomi- nat. aut ut noster Philippus.

Maiore

Minore &

Conclusione.

Nunc argumentum seu vinculum videte conclusionis, quod no-
 stri vocant medium terminum. Verùm ne videamur cum Ram. stis in
 arte Logica digne (ut falso digne ip. eius logicam artis imper. u ex-
 istimant) & ut ab omnibus etiam Ramæ Dialectica ignavis intel-
 ligamur, & suo Syllogismum pro merito depeximus, Id. q. auden-
 dus fuerit Præceptor communis. Is membra Syllogismi principalia
 partitur & d. finit.

B

Maior

Maiores terminus est, qui tantum in prima propositione ponitur,
& tribuitur postea subiecto conclusionis.

Minor terminus est, qui tantum in secunda propositione ponitur,
& est is, de quo questio est, de qua in conclusione pronuntiatur.

Medius est, qui bis ponitur ante conclusionem. Quia est vincu-
lum duarum propositionum, & causa quare subiectum & predicatum
in affirmativa conclusione iungantur & quare in negativa distra-
bantur. Haec tenus Dn. Philippus.

Resolutione itaq; syllogismi facta, Maiorem terminum constituunt
haec verba:

Der hat sich des Siegels des Gnadenbundes (der Tauffe)
nicht anzumassen.

Quia haec verba (ut simplicioribus rem crasse depingamus) in
propositione maiore posita, tribuuntur deinde subiecto conclusionis.

Minorem terminum haec verba continent.

Der Jüden Türcken/und ungleubigen Heiden Kinder.

Hac enim tantum in secunda propositione ponuntur ante conclu-
sionem, & sunt idipsum de quo questio est, de qua in conclusione pro-
nuntiatur.

Medium terminum exhibent haec verba, Im Gnadenbunde
Gottes nicht begriffen sein. Bis enim ante conclusionem posita, sunt
vinculum duarum propositionum, & causa, quare subiectum & pra-
dicatum, in affirmativa conclusione iungantur, & quare in negativa
distrahantur. Hinc porro constat, Quia in syllogismo proposito,
quem Achillaum isti iactitant, conclusio est negativa, propositiones
praemissas vi negationis seiungi & distrahi, hoc pacto:

Das der Jüden Türcken/und ungleubigen Heiden Kinder/
sich der Tauff NICHT anzumassen haben.

Itaq; suis syllogismus partibus & membris satis est conspicuus.

Atat: Hic duo mihi prae grandia cornua ostentat Achillaus iste
quibus tristitia quaq; minatur accidentibus: Primum est medij ter-
mini collocatio. Alterum significatio multiplex.

DE COLLOCATIONE MEDI

II TERMINI.

Qui primi huius syllogismi fuerunt Authores, ita disposuerunt eius formam, ut medius terminus esset subiectum in Maiore, & pradicatum in Minore propositione *Taufsb: pag: 71.*

Wer im Gnadenbunde Gottes nicht begriffen ist / dem gebühret nicht des Siegels des Gnadenbundes (der Tauffe) sich anzumassen.

Der Jüden / Türcken / vnd ungleubigen Heiden Kinder / sind im Gnadenbund Gottes nicht begriffen.

Darumb gebühret der Jüden / Türcken / vnd ungleubigen Heiden Kindern nicht des Siegels des Gnadenbunds / der Tauffe sich anzumassen.

Et quamuis fateantur Authores esse syllogismum Anabaptisticam, tamen omni conatu annuntur eam defendere in dem Taufsb: p. 64. 68. & in strenis.

Hic subiectum Maioris sit pradicatum in minore & quia à genere ad speciem procedit argumentatio ut propter genus aliquid de specie (von der Jüden / Türcken vnd ungleubigen Heiden Kinder) dicatur, manifeste conspicitur potest, speciem in genere inclusam esse. Hæc *Diaphrasivæ* evincunt, syllogismum ad primam figuram esse accommodatum.

Verum enimvero quatuor sunt Modi in prima syllogismorum figura, directe concludentes, quorum duo concludunt uniuersaliter, reliqui duo particulariter, Atque utrobique alter affirmat, alter negat. Assumptio autem siue Minor propositio in modis singulis est affirmatiua, siue affirmet uniuersaliter, siue particulariter. Et locutiones indefinitæ non nunquam uniuersali equipollent. Interdum etiam particulari. Et sunt docendi gratiâ Modis attributa hæc nomina BARBARA CELARENT, DARII, FERIO. In quibus,

Significat

A	Uniuersalem Affirmatiuam
E	Uniuersalem Negatiuam
I	Particularem Affirmatiuam
O	Particularem Negatiuam,

Vide ergo applicatio exempli.

B 2

Wer

Wer im Gnadenbunde Gottes nicht begriffen ist / der
hat sich des Siegels des Gnadenbundes nicht anzumassen /
Nam ut obiter ετυμολογικόν hoc interspergamus duas illas negatio-
nes volumi ἰσοδυναμῆν uniuersali affirmatiua & quidem exclusiva.

Der Jüden / Türcken vnd ungläubigen Heiden Kinder
sind im Gnadenbunde Gottes nicht begriffen.

Darumb haben sich der Jüden / Türcken / vnd ungläubigen
Heiden Kinder des Siegels des Gnadenbundes (der Tauffe)
nicht anzumassen. *Hic Syllogismus cum prima debebat esse Figura,*
ut constat ex dispositione Medij termini, non tamen conuenit, pri-
mo ipsius figura modo BARBARA neq; secundo CELARENT, neq;
tertio DARII, neq; tandem quarto FERIO. Ad figuram itaq;
huius Syllogismi planè ἀλογον καὶ ἀμορφον respondet Philippus noster.
In prima Figura cum Minor est Negatiua, nihil sequitur.
Vnd wie die Patroni Syllogismi wollen des Communis preceptoris
mit der Kutten verschonen.

Nos autem precipitemus cornutum istum Amlingiticum, Ana-
baptisticum Syllogismum de ponte Asinorum, ne prima figura sese
insignibus nobilitatum venditet, facum faciens imperitiis. Atq;
hactenus Petitioni strenua satisfactum est, qua doceri à me cupit, qua
ratione ad primam Syllogismorum Figuram hunc quadrare existima-
uerim, nec vllè conuenire modo affirmauerim, quod luce meridiana
nunc est manifestius.

Preceptores itaq; suos scolastici iubeant, ut manum porrigant
ferula, & ipsis, non mihi ogganniant, blitei, bardi, bipedes Asini,
plumbei, vnd solt man denn nicht die groben Bachanten auch in
die Schule führen / vnd inen ein gut Produce abstreichen / vnd den
Versum Catonis zum Latein einstreichen.

Turpe est Rectori, quem culpa redarguit ipsum.

Vnd man sole die groben Esel haben das sie sich besarkten /
pro modestia Styli Amlingitici, ex sententia decisua Oracij Gratij.
Da heist es mit dem Domino Magnifico, *Medice curua teip-*
sum &c.

Hiss

Hinc porro haud obscure animadueriet Lector, quàm iniquis oculis aspexerint Aristarchi isti, formam Syllogismi latine à me in Responso expositam. Cum enim ad exemplum Amlingiticorum Doctorum expressissem Syllogismum primæ Figuræ his verbis:

Maior. Non comprehensis in federe non competit Sigillum faderis,

Minor. Iudeorum, Turcarum, & Ethnicorum liberi, non sunt comprehensi in federe,

Concl: Ergò Iudeorum, Turcarum, & Ethnicorum liberis, non competit Sigillum faderis, Baptismus.

Atq; satis constaret è Germanico Syllogismo, iam toties allegato, cuius locum & paginam assignaueram, comprehensis in federe esse subiectum Maioris, quod non opus est semper Rectis casibus exponi, & postea in Minore eadem verba locum obtinere predicati. Non possunt tamen facere, quin me suggillent, & contra suorum predicatorum sententiam & voluntatem aliud substituunt subiectum, nempe Sigillum. Id verò an fiat iuxta Leges Logicas & præcepta de inueniendo medio termino ita indicabit Lector æquus & candidus.

Propositio enim ab Anhaltinis predicatoribus data im Tauffbüchlein hæc est.

Liberis Ethnicorum, Turcarum & Iudeorum non competit Sigillum faderis. Vel liberi Turcarum, Iudeorum, & Ethnicorum non habent ius utendi Sigillo faderis, Baptismo, Sie haben sich der Tauffe nicht anzumassen.

Assumunt autem loco Argumenti seu mediij termini hæc verba: Quia non sunt comprehensi in federe. Atq; tandem huiusmodi informant ac constituunt Syllogismum.

Qui non est comprehensus in federe, ei non competit Sigillum faderis.

Liberi Iudeorum, Turcarum, & Ethnicorum incredulorum non sunt comprehensi in federe,

B J

Ergo

Ergo liberis Iudeorum, Turcarum & Ethnicorum non competit
sigillum faderis.

Hic si centum adhibeas Alexandros, Chrysippas, & Anaxagoras,
Symmachosq; sexcentos non tamen ulla diuinatione consequi possis
quod subiectum propositionis sit in voce sigillum, & quod comprehendit
in fadere, pertineat ad determinationem predicati, quod est,
iuxta strepam, verbum competit. Certe hic DELIO narratore
opus est, qui hanc nouam artem examinandi syllogismos nobis edisserat,
& nouas pro Bersmanno sanciat leges ludicij in syllogismo,
quas nec ipsi illuminificati Lynceus suis perspiciant predicatorum
Anhaltini qui aliud subiectum, & predicatum aliud exhibent.
Quae cum à patronis, in strema reijciuntur, & syllogismus est
prima figura quoquo modo reductione facta, in secunda figura constituitur,
an non pulchre ipsis cum clientibus suis conuenit? An non
mecum conuincunt predicatorum Anhaltinos inscitia & in arte logica
imperitia, qui voluerunt Syllogismum proponere ad systema prima
figura, ubi tamen planè est accusator. Me verò qui monuerim istud
hac ipsa res ab atrocitate accusationis strema liberat.

Collocatur autem ab Authoribus strema in **C A M E S T R E S**
hoc pacto:

C A Sigillum faderis competit tantum ijs, qui comprehensi sunt
in fadere.

M E Turcarum, Iudeorum & Ethnicorum liberi non sunt comprehensi
in fadere.

STRES, Ergo Turcarum, Iudeorum & Ethnicorum liberi non competit
Sigillum faderis.

Ceteram quae hac est peruersitas & concertandi insanum studium?
Excogitata est ratio reducendi syllogismos secunda & tertia figura
ad syllogismos figura seu forma prima. Idq; illustranda vel confirmanda
rei causa. At nunc desperata Victoria Achilleus hic ex prima acie sese
proripiens, vult in agmine secundo conspici.

Duplex

Duplex est autem eareductio. Aut enim modi secunda & tertia Figura præter BAROCO & BOCARDO reducuntur ad modos prima Figura rei illustranda causa. Eaꝝ reductio ostensiva nuncupatur, Aut sumitur contradictio conclusionis, & ex ea fit minor aut Maior, propositio, & infertur contradictio Minoris, rei confirmanda gratia. Idꝯ tantum fit in BAROCO & BOCARDO & dicitur reductio per impossibile.

Hæ præceptiones nihil omnino habent de reductiõibus syllogismorum prima Figura ad secundam & tertiam nisi satyricam circulatoria reductiõis iudicium instituentes, Sotoropolitani isti novã nobis cudant λογικὴν, quam nec Melanchthon, nec Ramus agnouerit, & cuius fauoratus, exemplum nullum apud probatos auctores, in sacris & prophanis literis exierit.

Magna igitur impudentia vitia sua pro virtutibus logicis strena venditat. Sed & ipsam syllogismi formam & Apologiam, qua eum commendant scholastici videamus.

In secunda igitur Figura constituatur, iuxta postulata Domini Magnifici. Nam quod rem seriõ ita agat, indicio est, quod non Philippiis tantummodõ terminis uti voluit & syllogismo certum modum C A M E S T R E S assignare, verum etiam Ramæ logica acumen adiungens pulchrè me constrictum & confossum patat, si ostendat argumentum in antecedente syllogismi hoc est in propositione & assumptione consequi simpliciter. Atꝯ tandem ait subiectum esse vocem sigillum: prædicatum esse, verbum competit: At comprehendit in fædere ad descriptionem persinere prædicati. Eaꝝ omnia ex Grammatica contra legem iustitia κατ' αὐτὸ deducit magna confidentia Magistraliter pronunciat.

Verba stve
na Anliu
giteat

Sed esto nunc Syllogismus Secunde Figure, & βαυποπανθεγειαν Præceptoris insipidam, quam probatorum logicorum ἀκει Βολογιαν scholastici pleris esse consentiant. Interim & hoc nobis persuas

persuasum firmissimūq; sit, nullum in artibus documentum esse recipiendum quod ab usu & experientia bonorum exemplorum observatum & inductum non sit.

Quamobrem accedamus ad pontem Asinarium eiq; Syllogismum committentes, audiamus rursus communem Dn. Praeceptorem. Is, in secunda Figura ait talis est ordo Propositionum Syllogismi, ut Medius terminus sit predicatum in maiore & minore & praedictur subiectum Maioris de subiecto Minoris in conclusione.

Nunc fiat applicatio exempli. At Systema Syllogismi tale est.

C A Sigillum faderis competit tantam ijs, qui sunt in federe comprehensi.

M E Turcarum, Iudaorum & Ethnicorum liberi non sunt in federe comprehensi.

STRES. Ergo Sigillum faderis Turcarum, Iudaorum & Ethnicorum liberis non competit.

Quid hinc desiderabis? inquires.

Mox dicam. Nonne strena ait subiectum esse vocem Sigillum? ait: Praedictum esse verbum competit? Ita: Nonne in Syllogismo secunda Figura argumentum seu Medius terminus iuxta Rammum consequitur simpliciter ut sit, exponente Melanchtone praedictum in Maiore & Minore? Maxime. At an non oportuit bis poni ante conclusionem? Oportuit. Certè oportuit. Et hoc idipsum est quod initio in hoc Syllogismo desiderem, videlicet, Quod quem ipsi constituitis in Syllogismo medium Terminum (videlicet verbum competit, quod assumitis pro praedicto & sic etiam pro medio Termino. Is enim est praedictum in maiore & minore.) eum ex minore amissis, nec ut requirunt Leges Syllogisticae, bis ante conclusionem posuistis. Non mirum igitur Scholastici, si, quod conquerimini, à Praeceptoribus audiatu blitei, barbi, Asi u bipedes, plumbei, & si manum porrigatis ferulae. Nam cum hac ratione Syllogismus medio termino careat, verus erit Paralogismus, & constat vos vanè atq; insidiosè scopas

scopas dissolutas neētere, alijsq; insultare prater meritum, & prater
quā̄m aetatem vestram deceat.

Hoc cum subolerent predicatorum vestri, qui alio argumento,
seu Medio termino vsi fuerant, & causa tamen diffiderent, silen-
tio maluerunt ista praterire suam in eo vobis in nassam hanc illicetis,
commendantes prudentiam. Quamobrem desinite o Scholastici,
& nolite ipsos, vosq; deridendos & exhibilandos hac in parte expo-
nere schol's alijs, & viris grauibus logica peritis.

Dato enim vno inconueniente, vt nostis, sequuntur alia infi-
nita. Postquam Achillaum hunc ex sede Achillea, hoc est, ex prima
figura, quo ipsum collocauerant predicatorum vestri dimouistis, quam-
uis locum istum iure non obtinere poterat, & ad figuram secundam
reduxistis, factum id primo est contra morem, & praeceptiones dia-
lecticorum omnium. Deinde medium terminum quem in secunda
figura predicatum vestrum constitueratis, ex assumptione amisistis.
Et restat insuper ἀσύντατον aliud.

Communis Dn. Praeceptor inter regulas generales de Syllogismis
septimam hanc esse voluit. Medius terminus nunquam sit
membrum conclusionis. Quia causa est in praemissis mon-
strata propter quam reliqui duo termini cohærent. Atq;
haec regula inductione exemplorum illustrium apud Poetas & orato-
res confirmata tot seculis à Dialecticis omnibus magno consensu ap-
probata est. Vos autem siue arrogantia stimulo, aut cupiditate insul-
tandi bonis, siue quod magis crediderim, quia magnifici scilicet vestri
nomen pro omni argumentatione ac demonstratione vobis est, pra-
dicatum quod dixeratis esse verbum competit, quodq; ratione secunda
figura, Medij locum obtinet in assumptione amissum, in conclusionem
reuocastis. Itane ignorantia, aut incuria in examine Syllogismi Am-
lingitici conuictus est Crato? Haecine est noua illa sapientia scholasti-
corum soteropolitanorum? Verum qui alia cum sanctitate libellorum
famosorum & cum nouo Zeruestense latino coniuncta esse possit? At-
testante Syracide in animā malignam non introibit spiritus sapientiae.

Haecenus demonstratum est quod contra Leges syllogisticas in
paralogismo hoc medius terminus convenientem sedem non occupet.

Videamus, quid monstri euadat, si iuxta leges syllogisticas e
conclusionem extrudatur Medius terminus, quod in secunda figura est
pradicatum Maioris & Minoris &c. neq; locum ullum habet in
conclusionem. Tunc enim ista erit conclusio.

Turcarum, Iudeorum & Ethnicorum liberis, non Sigillum federis.

Hiena est, hiulcis faucibus, absorptura quoscunq; apprehenderit,
Quod si quis privato studio signa vniuersalia, partibus syllogismi
singulis adhibeat, ut requirebat Modus CAMESTRES, & exilus
sua in vniuersalem, cui equipollet, resoluat, proh Deum immorta-
lem quantum Chaos & quanta vitiorum colluues?

Viden igitur egregium syllogismi Amlingitici artificium dessen
sich die Anhaltischen Predicanten schemen müssen/ vnd ihre vertres-
ter in der Sirena haben keine Ehre dardurch erjagt/ Sondern sind
von der Eselsbrücken hinab gestürzt in lacum ignorantia & impie-
tatis Amlingitica.

Quamobrem recte syllogismum, suo titulo insigniuerunt predi-
catores Anhaltini, Im Lauffbüchlein/ das es ein gut Widerteuff-
ferisch Argument sey/ vnd von Widerteuffern erdacht vnd vertei-
digt wird/ vnd wol bedürffe/ das es hin vnd wider getaufft/ vom
Koth vnd vnstat der Amlingiten abgewaschen/ reformiret trans-
formiret vnd recoquiret werde/ damit es gut Lutherisch/ Euange-
lisch/ vnd Christisch sein könne.

Atq; haecenus laborauimus in refecando vno illo cornu syllo-
gismi huius Magistratiter Achillaei, non paucis septum pullulantibus
vndequaq; cornibus alijs, & deprehendimus, eum nouo Zeruestense
latine adeo horridum, & suis anfractibus κλειτρίων, ut multas inde
vehes κλασματων collegent discipuli, & quod vnum maxime con-
queritur Raymundus Lullus extructor pontis Asinarij, ut putant so-
zeropolitani, & quo isti syllogismum hunc examinandum ablegau-
rant tantans ponti asinarijs confragoso, vni ille syllogismus Zeruestas-
mus Amlingiticus intulit, ut vsuine postmodum Asinarius pons esse possit

Kay-

Raymundo, ipse subdubitet. Nunc ad refectionem alterius quoque cor-
no accedamus.

DE MULTIPlici SIGNIFICATI- ONE MEDII TERMINI.

SED quia in Germanico responso ad protestationem Anhaltinensium,
copiose materiam controuersam tractauimus: iccirco Βραχυλογία
ἐνεκα τοῦ lectorem remitto. Et quis dicere credere uè audeat, in tam ha-
matis sentibus, in tam acutis piluris ullum granum tritici esse posse.
Logica soteropolitana noua plane fuit ἄλογος. In Theologia locum
succesit ματαλογία. Nam ut arietem emittant, & in Ecclesia Christi
pommum Eridis proyiciant, effectate & studiosè ἐπαμφοτερίζοντες per-
petuas tricas mediant, & insidias in phrasibus illis, Im Bunde Got-
tes begriffen sein/ vnd des Siegels des Gnadenbunds sich nicht an-
zumassen haben/ Et modò hoc modò illud pro neruo & vinculo con-
clusionis pede incerto insistentes acceptant.

Nam cū comprehendi in federe non tantum ad fidem uel incredu-
litate nostram spectet, sed etiam promissionē Dei gratuitam & uni-
uersalem, opera precium erat euitanda ἀμφιβολία gratia plenius
ista explicari. Quod cum neq; sacellarij neq; scholastici Zeruestenses
praestent, ipsa, ambiguitas mater errorum, apud eos predominatur, &
quatuor in syllogismo, gignit terminos. Eodem modo phrasus illa altera
sich des Gnadenbundes Gottes nicht anzumassen haben/ non modo
arceat infantes incredulorum ab externo usu Baptismi, quo Ecclesia &
CHRISTO initiandi erant, uerum etiam Baptismi omnem consolati-
onem praecidit. Daß wenn sie gleich in der Kindheit getaufft weren/
so hetten sie sich doch nicht anzumassen/ quia ab incredulis parenti-
bus essent progenti. Hanc Ecclesiam Christi minui, & decrefcere, nu-
merum uerò terminorum in syllogismo augeri certum est contra se-
cundam Regulam Dn; Philippi de syllogismo: In syllogismo non
sunt plures termini quam tres, quia turbatur connexio.

Etenim Christus qui Angelus est federis, ἰλασμός est & λύτρευ-
sufficiens non pro nostris tantum peccatis in Germania, Italia, Gal-
lia, Belgio Dania, Noruuegia, Suecia, Polonia, Hungaria, Hispania,

Anglia, & regionibus atq; nationibus conterminis, sed et pro peccatis,
totius mundi, Christus ist ein allgemeiner Heiland/ der Engel des
Bundes Gottes/ quod qui negat, fidem Christi abnegavit, Testi-
monia scriptura manifesta sunt, Gen: 12. De semine Abrahae, in
quo benedicentur OMNES GENTES. Gen: 49. De Siloh, cui adha-
rebunt OMNES GENTES. Vnde Habacuc Messiam nominat Ma-
chemod desiderabilem cunctis gentibus. In nouo Testamento Angeli
nato Christo pastoribus Bethlehemiticis annunciant gaudium mag-
num, quod futurum est OMNI POPULO. Simeon Luc: 2. Vidit Mes-
siam DOMINI, quem preparauit ante faciem OMNIUM POPU-
LORVM. Et Apostolus inquit, Eph: 2, CHRISTVS est pax nostra, fa-
ciens ex utrisq; unum, & interstitium maceria diruit simultatem per
carnem suam, legem mandatorum in decretis sitam abrogans, ut du-
os conderet in semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem,
& ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, peremta
inimicitia per eam, & veniens Euangelizauit pacem vobis QVI
PROCVL ABERATIS, & ijs qui propè &c.

Hinc adeo promissio Gratiae in Christo Iesu ὑπερπερισσοῦς Eph: 2.
vniuersaliter comprehendit OMNES HOMINES, Das auff der
ganzem weiten Welt kein einzig Mensch ist/ der in solcher verheis-
schung des Gnadenbunds Gottes nit begriffen/ vnd sich Christi/ vñ
der verheischung in Christo als eines allgemeinen Heilandes nicht
anzumassen hette/ tam in verbo reconciliationis, quam in appensis
sigillis, Baptismo, & caena Dominica, Rom: 10. Non est distinctio
vel Iudaei, vel Graeci, Sie haben sichs alle anzumassen/ wenn sie
nur wolten/ wie sichs gebühret.

I. Tim: 1. DEVS vult OMNES HOMINES saluos fieri, &
ad agnitionem veritatis peruenire. Concluse enim DEVS OM-
NES sub incredulitate, vt OMNIUM misereatur, Rom: 11. In
dem Befengnis sind auch unsere Voretern beschloffen gewesen/
als die in der Heidenschafft gewonet/ vnd den Götzen gedienet ha-
ben. Wer wolte aber daher sagen/ das es recht geschlossen were/

das

Das wir/ iure Kinder vnd Nachkommen/ vns des 'Gnadenbundes /
vnd der Tauffe als des Siegels nicht anzumassen haben solten?
Zum Teuffel mit der Gottslesterlichen Schulzant^e Theo-
logia die vns selbst vnser Tauffe krafftlos machen/ vnd alles trosts
berauben wolte.

*Tanta Tyrannide non sauit DEVS, neq; fert tam atrocem senten-
tiam aduersus filios incredulorum, sed magis multo paterna ἐπιεικεία
eam mitigat & corrigit. Ezech: 18. Filius non portabit iniquitatem
Patris; Et Pater non portabit iniquitatem Filij, Iusticia iusti super
eum erit. Et impietas impij erit super eum.*

De adultis itaq; non credentibus nulla nobis est quaestio. Quan-
tumvis enim fieri potuit, vt ad vsum Baptismi externum admissi
sint in infantia, tamen ex fadere ipso incredulitate sua excidunt, vnd
können sich der Tauffe zu irem Trost vnd Seligkeit nicht gebrau-
chen/ teste CHRISTO, qui clare inquit: Qui non crediderit, con-
demnabitur. Sed de filijs incredulorum nulla est manifesta CHRI-
STI determinatis, quod baptizandi non sint, si offerantur, neq; quod
baptizati non debeant Sygillo faderis vti in consolationem. Quia
scilicet nati essent ab incredulis. Quod quid esset aliud, quam CHRI-
STVM abnegare? tollere gloriam Noui Testamenti, & insiciari re-
gnum Christi non esse acumenicum?

Hac monstra Anabaptistica magno consensu sunt ex Ecclesia
CHRISTI eijcienda, & explodenda, vt quae Christo in os & in faciem
contradicant, qui iubet baptizari & doceri OMNES GENTES.
Nam nemo homo est, prorsus, qui non à Deo sit in promissione gra-
tia propter Filij vnigeniti meritum & intercessionem comprehensus.
Quod si quis non agnoscit, excidit. Qui excidit, sua excidit ille in-
credulitate, non volente neq; cogente aut approbante DEO. Hac sunt
ἀξιώματα sacra scripturae & Spiritus sancti oracula ἀπλῶς αὐτῶν
σασφῆστατα, quibus qui contradicit, Is IESVM non agnoscit Domi-
num, & non est in eo Spiritus CHRISTI.

Quod vero contendunt scholastici doceri prius baptizandos in
vniuersum OMNES, antequam ritu publico initiarentur Ecclesia &

ORCIVS Zeruestanus ille, (ex ORCO originem suam nomenq; tra-
bens, & ad ORCV M architectos & astipulatores suos pertrahens)
addit, institutione Bezae, quod historia etiam barbararum gentium
tradant, Pastores in Finlandia, & Northornia & vicinis regionibus,
Pilappios, quos adipiscuntur, Homines prorsus Dei ignaros, medio-
criter prius in fide Christiana institutos, tandem Baptizare, Idq; in
his Ecclesijs, cum de Baptismo infantum, agitur obseruari volunt,
&c: Eo ipso in castra Anabaptistarum cum lappis istis, & trufatori in-
trufatoribus succedunt. It namq; neminem, Baptizabant, nisi profes-
sionem fidei edidisset propalam. Quod si qui in infantia erant bapti-
zati, eos rebaptizabant illi, Quia scilicet professionem fidei edere ipsi
non potuissent.

Sed mira est vertigo, Im Tauffbüchlein pag 71. sagen die Uns-
haltischen Kirchendiener / Dis were ein gut starck Argument für
die Widerteuffer. Et nolūt videri sese eius esse patronos ac defensores.
Nunc quia vapulant, propterea, patrocinium syllogismi Anabaptistici
(ut accusauerant eum primi) in se recipiunt. Veruntamen ut possint
effugere, aut post carectā lazere, wernis zum streichen kômpt / labo-
rem cum scholasticis imponunt. Interea temporis suo sese gladio iugu-
lant, Das sie Widerteuffer sein / vnd der Widerteuffer Lere / vnd
Argument führen vnd verfechten in ihren Kirchen vnd Schulen.

Adducit textum ex Mattheo, qui quod importatis vos, non patio-
tur. Qua de re Græca lingua lexica, & eruditorum virorum commen-
taria consulere poteritis, cum nihil omnino, neq; in hanc neq; in illam
partem, dici possit, quod non dictum sit prius. Quomodo autem &
quibus Medijs fiat τὸ μαθητεῖεν, de quo Christus ibi loquitur, id se-
quitur, βαπτίζοντες καὶ διδάσκοντες. Corruit igitur διαβολὴ ista, &
glossema friuolum Anabaptistica cohortis, quo vos à veritate sedu-
cere conabantur predicatores.

Nam quod CHRISTVS iubet OMNES GENTES baptizari, id
reclè etiam de infantibus OMNIBVS intelligimus, quos GENTI-
VM voce comprehendit. Caterum quod adulti prius informantur in
fide Christiana, quam baptizantur, id nemo bonus culpabit. At si quis

idem

idem in infantibus expetat, ut propterea vel Baptismum eis deneget, qui publice fidem Christianam nondum sunt edocti aut professi: Aut contendit Baptismum sine efficacia adhiberi, qui fides infantum non sit manifesta omnibus, is in faciem resistit Christo, & contradicit eius mandato, quo iubet baptizari OMNES GENTES, & doceri. Mat: 28. Et Marci decimo inquit: Sinite paruulos, venire ad me, talium est enim regnum caelorum, Quis imò innumerorum infantum salus, hac ventilazione in dubium vocatur, Et quia omnes nos à Iaphet, descendimus & Maiores nostri fuerunt Ethnici, Idolatra, ut supra quonq; dictum est, atq; illi ipsi ab eiusmodi progenitoribus originem duxerunt, So fragt sichs/ob unsere vorsehren oder wir ihre Kinder vnd nachkommen ons der Tauffe auch können anzunehmen haben.

Quamobrem hanc admonitionis partem concludemus syllogismo, quem non Achilleum tantum, sed omnino inuictum & immotum tanquam verbum DOMINI, fatuis aduersariorum ineptijs & blasphemijs opponimus, ut spem vitæ, qua in nobis est cognoscant pij, & aduersarijs in iudicio Dei omnis præripiatur excusatio.

BAR. Quicunq; autoritate Christi ius habent, vtendi sigillo fæderis, ij autoritate CHRISTI sunt comprehensi in promissione fæderis,

BA. Omnes Gentes, quo nomine etiam omnes infantes complectimur, autoritate CHRISTI ius habent vtendi sigillo fæderis.

RA. Omnes itaq; gentes, quo nomine etiam infantes omnes complectimur, autoritate Christi sunt comprehensæ in promissione fæderis.

Quod si vero infantes Turcarum Iudeorum & Ethnicorum à baptismo, nulla autoritate CHRISTI potuere Amingite excludere, qui Christianorum liberos excluderent; licet illis sint pares, quod attinet ad natiuitatem, carnis peccato & potestate Sathana obnoxiam.

Atq; hac de syllogismo cornuto illo Amingitico, Anabaptistico, Achyllao, Socratico λογικώτατον liberaliter & candide monere voluit, qua pius & equus lector iudicabit candide.

At vos quos postremum nunc alloquor viri Christianissimi, Theologi veræ Theologiæ addicti talem templis auertite pestem. Vosq; præceptores piarum Scholarum Logicam
Berlman

Bersmanni ἄλογον in scholas non admittite. Vos verò Adolef-
 centes bonarum artium studiosi σοφιστήματα illa, non addis-
 cite, neq; facite vos participes peccatorum alienorum, Ein je-
 der findet doch an jm selbst gnug zutragen. Vos parentes,
 quibus liberorum suorum cura incumbit, nolite vestros tam
 praua informatione corrumpi. Vos principes Germania,
 Tuq; inuictissime Cæsar, maturo consilio & graui authoritas
 te efficite, vt ECCLESIA CRISTI tam angustis limi-
 tibus non coarctetur, vt non audiantur in scholis & templis
 hæ impiæ voces, Dieser oder jener Leute Kinder haben sich
 der Tauffe nicht anzumassen. Sed potius audiatur CHRISTVS discipu-
 lis præcipiens, Matth. 10. Sinite paruulos venire ad me, derer El-
 tern fürwar auch vngleubige Jüden oder Heiden gewesen wa-
 ren. Matth. 23. Baptizate OMNES gentes, in nomine Pa-
 tris, & Filij, & Spiritus sancti. Et docete eos. Tollantur sophis-
 mata & calumnia styli Ambringitici, &c; Sic gloriam noui Testa-
 menti sartam tectam, vt par erat, conseruabitur, Sic Reipub: & poste-
 ritati rectè consultum videbitur, & aterna beatitudinis coronam con-
 sequemini. Qua spe fretus me quoq; vobis, omnibusq; pijs & bonis
 commendo.

Ad postscripta alia vbi opus fuerit, respondebitur suo tempore.
 Ehrliche Leute haben an meinem pro & modesto responso gute
 gnüge/ vnd wer sich mit Ehrlosen Leuten schilt/ der thut doch mehr
 niht/ als das er die zeit verspillt. Wie das alte sprichwort lautet.
 Vnd die Trufa vom Salza ist eine offentliche lügen/ wie das an-
 der alles/ vnd weil es ein Trufa Trufatoris ist/ So ist es für sich
 selbst vnd durch sich selbst gnugsam widerlegt/ als ob man sagte/
 Es ist eines losen Mannes rede. Quod si trufas & frascarias tru-
 fatorum istorum sequi aliquis vellet, an non posset trufare. verius
 quod vnus Orcij gesellus, est vnus contumax, das ist ein Hanreher/
 Nam lupus est nomen πολύσημον, aliquando significat, Ein Wolff/
 aliquando Einen H&E&H den seine Jungesraw lieb hatte/ Et
 quod vnus de gesellis est sacrilegus, & Simoniacus, & testamento-
 rum falsator, & alia istiusmodi, qua ego in nullius iniuriam aut
 ignomi

ignominiam dicta velim. Non enim lubet peccare infami exemplo
istorum trufatorum, male feriatorum. Nam est profecto Dominus
iustus iudex qui aliquando ista iudicabit iuste. Ego v. istos hostium
conatus perinde habeo, ac Lutherus e suis quosdam describit, Tom:
III. f. 365.

Ich achte solche Feinde/ wie die jungen Flüsse/welche ehe
den Leuse draus werden/ ledige dürre belge sein müssen. Ich gön
aber denselbigen Flüssen dieweil wol/ das sie rühmen vnd sin-
gen/ Hie sitzen wir Flüsse auff dem Haupt des Edelsten thieres
auff Erden/ in seinen Haren / Sind nicht geringes herkomens.
Leuse sind unsere Väter / Grosse Riesen die auch den Römis-
chen Keyser Sylla ertödtet haben / vnd viel andere/was solt
denn der Betler Luther gegen vns sein? Ist war Flüsse seid jr.
Leuse seid ihr aber noch nicht worden. Ach was ist doch die
Welt gegen Gott vnd Gottes Wort? Ein kleiner Staub ist sie
(Spricht Esaias 40. cap.) das ist noch geringer denn Flüsse.

*Nihil itaq; opus est quod tantos sibi Aduersarij de me fingant
metus, tanquam qui crepitu suo stellas caelo detrahant. Audiamus
autem D. Lutheri sententiam, de fructu huius impietatis, To: v. f:
183. b.* Ich bitte Gott vmb ein gnediges stündlein/das er mich
von hinnen neme / vnd nicht sehen lasse den Jammer so vber
Deutschland gehen mus. Denn ich halte wenn zehen
Moses stünden / vnd für vns beten / So würden sie
nichts ausrichten. So fühle ichs auch/wenn ich für mein
liebes Deutschland beten wil/das mir das gebet zurück prallet
vnd wil nit hinauff dringen/ wie es sonst thut/wenn ich für
andere sachen bitte. Denn es wil werden/ Das Gott wird
Loth erlösen/vñ Sodomam versencken. Gott gebe das
ich liegen müsse/vnd in diesem stück ein falscher Prophet sein/
welches geschehen würde / so wir vns besserten / vnd vnsers
HERREN Wort vnd sein thewres Blut vnd sterben anderst
ehreten/denn bisher geschehen.

D

Quamo

To: Lat.
IH: f: 468:
o.

Quamobrem ut ipsius Lutheri verbis tandem concludam,
vos Fratres & patres mei, qui sustinebitis aliquando curam curam
Ecclesiarum, sitis armati & instructi non solum ad docendum
& exhortandos bonos, qui rectè sentiunt, ad fidem, sed etiam ad
pugnandum, & ad arguendos Aduersarios. Alioqui mox
discipabuntur Ecclesie nisi sint qui pugnant in acie, & ad-
uersarios confutant, qui dicta & sententias scriptura-
ra ab ipsis usurpatas explicent, &
veritatem defendant.



IN

IN CRIMINATIONES ET CALV
MNIAS GREGORII BERSMANNI

Ardelionis & scurra vanissimi

ΔΙΕΚΔΙΚΗΣΙΣ.

ADAMI CRATONIS NORTHVSANI.



*Vid hospes? educationis queritas
Puerilis atq; disciplina hostem ferum?
Modestia? pietatis? obseruantia?
Et criminatorem innocentia mea?
Pasquilli fabrum, infamis ignominia?
Pestem scholarum? carcinoma Ecclesiae?
Vatem Orcium, merdro Poëtam fatidum?
Famae honorum insidiantem pessimè?
Simul suae fama furenter prodigum?
Nestorij fecem? Sathanae cloaculam?
Vatum priorum dedecusq;? Alastora?
Et crimine immortalitatis aucupem?
Quem nemo, si probus fuisset, nosceret?
Ischarioticam indolem? facem, tubam,
Seditionis, patrijs in sedibus?
Triummularem Amlingicae testem spei?
Seruumq;, aliena inscitia, & bardum pecus?
Patrem Beanorum, Beanum maximum?
Et syllogisticae reperiorem Noua?
Nequitia Magistrum & insolentia?
Blasphemiarum plaustra & arrogantia?
Virtutis osorem, domum lasciuia?
Animalculum vanae superbum gloria?
Gutturq;, cerberi trifaucis terriplex?
Et absolutum exemplar impudentia?
Lutheromastyga? & Ducis Georgij
Culti flagellum auernium Melanchthonis,*

I.

D 2

Apost.

*Apostatam Christi inuidentem gloria?
BERSMANNO in uno id omne repperis simul,
Mirum tot unum ferre posse Dæmonas
Ni peior ORCIO ipse esset Dæmone.*

II **IN PRODROMVM AMLIN-
GITICVM.**

*Schelmonum Prodromus liber est, quæ causa? quod istum
Schelmones Prodromi composuere, librum.*

III **AD PICTVRAM SCHOLÆ ZERVESTANÆ**
*Von wegen der wort/das die Scholastici zu Zerbst schreiben: Man
solt den hawen/ das er sich befürchte/pro modestia Styli Am-
lingitici, quæ sententia in Rectorem BERSMAN-
NVN redundat.*

*Porrexi malas Prodromo, strenaq; gemellas.
Quid vetat, artifices me retudisse semel,
Nunc anum quoq; BERMANNI lascina terebrat
Lingua mihi nimio mellis amore mei.
Linge Leckab BERSMAN, sic carmina dulciora scribes,
Anus loligo sit tibi, melq; meus.
Quintus hinc etiam, partem capit ORCIVS, orco,
Quem trux eructat ventre crepante Sathan.
O salve BERSMANNE ô Nane & Merdipoëta,
LEMNIVS ô Sanguis, LEMNIA progenies.
Si permerdati iuncti estis, perq; cacati.
Perdiabolati etiam, perq; DEO vacui.*

III **PARADIGMA DECLINATIONIS
BERSMANNICÆ.**

*N. Moribus Ardelio BERSMANNVS mente Cacander.
Propria non curat laudalieuora.
G. Infames scribit pasquillos Musa Cacandri
Et sibi cen turdus certa pericla cacat.*

D. Tra-

- D. Traditq; Amlingi res desperata Cacandro
Percacat insontes, ipsa cacata prius.
- A. Quare depexunt κακὸν ὄνον iure Cacandrum
Quos ille infestat per cacamenta bonos.
- V. O Logicam nobis caelestem effinge Cacander
Qua data nec RAMO sit, nec ARISTOTELI.
- A. Tunc Asia à solo poterit pendere Cacandro
Affrica, & Europe, quicquid & orbis habet.

ET PLURALITER.

- N. Ex uno plures caccantur fortè Cacandri
Ut sua progenies muribus esse solet.
- G. Fama Cacandrorum inculti est pars pessima ludi
Vnde fluunt mistim stercora, quò resfluunt.
- D. Inflatu ergo sint premia digna Cacandris
Atq; Cacandrais fratribus & patribus.
- A. Donec consumat Sathanas ceu perca Cacandros
Queis prater cades, nil placet, atq; λόγους.
- V. At vos ò fatui resipiscite queso Cacandri
Ne vos disperdat vindicis ira DEI.
- A. Nos vero à tantis queso defende Cacandris
Ne vitient gregem maxime Christe tuum.
M: Vdal: Martin: Transyl:

DE BERSMANNI POETRIA. V

Quondam syluestrem propter vivebat Aquensis
Lupus tenella pubis arbiter nequam.
Illius hic quoniam — — — — —
— — — — —, non coniugemq; ut coniugem.
Exijt è ludo non ludo: ast vrbe, nec vrbe:
Nec vrbs virum, nec ludus ipsum habet virum.
Succesit Lupio comitante Dracone cacander,
Poëta non Poëta, sed, puat, puat.



Permingens CHRISTI nomen, famamq; bonorum
Perminētus ipse cum suis sodalibus.

Egregiam laudem retulit, spolia ampla Cacander
Aliena seruiens probri seruitia.

Cautius exemplo mercari disce Cacandra
Et proderis magis, magis quieueris.

Francis. Calius P. 170

DE EADEM.

VI **O** Grex pusille quid mihi tecum est rei?
Adeo Magistri nomen est tui tibi

Omni probatione relligiosus

Erroris ergo ut ipsius tam seuias

Oblitus atatus tuae, & Modestia?

Quamuis quibus te augere possit moribus

Bonis Magister improbus qui nec DEVM

Nec conscientiae veretur propria

Bis mille testes queis probri conuincitur.

Commune fidus est bonum timens DEI

Nullisq; Gazis comparandum Persicis

Tenera pubis Reētor, iuuentaq; arbiter,

Qui patria sogyū suos clientulos

Amplectitur noctu diuq; intentior

Ut & pios doctosq; moribusq; eos

Politiores reddat, insuper probis.

Hunc o pubes musis dicata candidis,

Numen velut te exoscularier decet

Hunc & colant, ament, honorent affatim

Ciues, nec ullis dextra parcat sumptibus

Ut hic iter feliciter currat suum.

Verum nequam si quis iuuenta est arbiter

Virtutis osor, & tenax vitij, iugumq;

Excusit, admirator impotens sui

Exempla

Exempla morum pessimorum praeibens
Calumniator, improbus, mendax simul,
In proprijs, ut talpa, aliena Lynceis
Dijudicans oculis, sui fati immemor.
Sceleratius scelus haud potest reperirier
Aut Pestilentius inuentum malum
BERSMANNIVM qualem videbis o puer.
Dignum flageris, virgusq, duro & verbera.
Quae cum mihi minetur, ipse conscius
Meruit sibi, Sed hic volens deflectere
Noxam levem, reus magis fit crimine.
Cumulans Sophisticam meris calumnijs.

Forma negat prima, quod est prima tamen,
Et praedicatum, syllogismo quod facit,
Forma secunda cum det illud terminum
Medium, bis ante debuit locarier
Complexionem, competentem deserit,
Autem locum, complexione visitur,
Quod legibus pugnare syllogisticis
Constat per Europa scholas amplissima.
ἄσυστατον convincit esse id ἄλογον.
Et Soteropolitium bibes pecus
Logica Magistrum fastuosum lubrica
Virgis domandam fustibusq, grandibus.
Sed quod calumnijs sophisticam suis
Fulcit, nec innocentis ano parcere
Mens est, nec arte Dadali refingere.
Quod inscius deliquerat, Teq, o puer
Errore vult fadissimo corrumpere,
Fama nocere, qui monebam sobrie
Id infidelitatis & Malitia
BERSMANNIVM coarguit vafrum, DEI
Quod iudicabit Iudicis iusti dies.

Strena in-
quit: sigila
lum est sub
iectum pro
positionis.
Verbum
competit
est praedi-
catum;

Sigra



Sic non tua pubis tenella virgula,
Mibi parantur: At parantur improbi
Rectoris ano natibusq; turpibus.

VII

DE EADEM.

Ἄωδ' ἐκασίχ' οὐρ.

QVI CHRISTVM cernis laceratum corpore flagris
Insontemq; vides flagra CRATONA pati,
Dic, preceptoris sunt hac insignia Christi
Qua cur discipulus ferre recuset ovans?
Non flagris etenim dignus, de errore nefando
Quod monuit, fuerat dignus amore CRATO.
Namq; amor in patriam, pietas, assertio veri,
Hac illi infligunt verbera, non facinus.
Ergo tibi patitur, tua iussa o CHRISTE secutus.
Ergo illi gemmae sunt ea, non probra sunt,
Quin per mille etiam mortes non ire veretur,
A vero modo ne devius error agat.
Sunt tu, qua mea sunt, mea sunt tua vulnera CHRISTE,
Sic ait: & vincit qua mala cumq; CRATO.
Ast id sanguisugam facinus prodit synagogam
Sanguine qua sua vult & stabilire legis.
Hac non sunt CHRISTI, sed sunt Cacademonis arma,
Hac non sunt patriae pax sacra, at interitus.
Interea ipsius vindex iustissime CHRISTE
Qui flagra utriculo colligis, & lachrymas.
Veri assertores multos largire CRATONAS,
Inq; sua perstet da statione CRATO.
Sic tua diuini emergit victoria VERBI,
Sic error pessum plurimus ibi iners.

VIII

DE BERSMANNI LOGICA.

Nec tu Ramae Logica iura ἀλογε νοσθι
Nec νοσθι Logica iura Melanthonia.

Esse

Esse tamen Logicos inter vis, Barde, Leonum
In pugna Arcadicum ceu solet esse pecus.
Unde ubi Sophia pars esta? Lupi? ané Draconis?
Mens cerebrumve Asini quod tibi firmus erat?
Sensibus aut euophrenesis successit obesis,
Dum vitium vitias in Logica vitio?

IN BERSMANNVM COR.
NICVLAM

IX

Z Erueste Ardelio simulat falso esse Cretonem
Corniculam, haud pennis suis superbiens.
Si pilos Lupus, & Draco virus si repetissent,
BERSMANNVS umbram prater esset quid mihi?
Plaudite nunc volucres, Ramus simul atq; Melanchron,
Logicam: Lupus pilos: Draco virus tubit.
Iam risus super est BERSMANNVS: & ipse cachinnus,
Euanuit: sic vana Nani est gloria.

IN EVNDEM CANEM ALLATRANTEM X
FORMVLAM CONCORDIAE ET EIVS AVTHORES.

Sic sic canino dente rodus optimum
Librum, fidem Germania pacem mea,
Nectu Lycambe nec Brone parcior,
Palatinus ipse cui suum dat calculum
Augustus & saxo, potensq; Marchio
Septemviri, Germaniaq; principes
Calurnicumq; dogma displicet quibus
Cadmea que tibi turba, SCVRRADicitur,
Hominis nihil, formam nisi praete ferens
Ca. odemon es ferus, tricepsq; Cerberus.

ECHO DE ETYMOLOGIA EIVSDEM.

XI

Q uaratio est Etym mutando zeta per ot? Echo: tot:
Perge & Grammaticum dixero n Erop? Echo: Erebo
Perditus ergo schola Rector Bersmannus olis? Echo: ist
Non ubiquista, Erebo, sicut b Nani: Echo: Anus.

E

Sic

Sic cadit ex $\xi\pi\mu$ vox sum; sic de volo factum est,
Beniamin; Et Nanum tetrica perca parit.

DE COCCYSMO BERSMANNI.

XI I.

Dum Bersmannus ait, doctus mea Musa bonusq;
Hinc placet, infestet quod mea Musa bonos
Ipsa fatigato vox hesit gutture Kuck Kuck
Kuck Kuck Bersmannus dixit, & interijt.

PRO CHEMNITIO PIE
DEFUNCTO.

XIII.

Quem Chamum Bersmanne vocas Chemnitius ille est
Sed non est Chamus. Nisi quod tua lingua beatum
Impia proscindat. Nec opum furiosa libido,
In peius rapuit dum viueret. Ipsaq; virtus
Aeternos peperit nomen durabile in annos
Quod nec Caluini, Flacy neq; monstra probant
Ergo animam placide moriens tibi Christe redemptor
Commendans, reditumq; tuum, rediuiuaq; membra
Corporis expectat, vitag; aeterna futura;
Gaudia. Qua inuideas illi licet improbe, mordax
Non tamen excuties, illi sive fruere Trinumme.

DE SCRIPTIS.

REVERENDI ET CLARISSIMI VIRI DN^s

XIIII.

Martini Chemnitij S. Th. D. Ecclesiae Brunsvicensis
Superintendentis pie defuncti.

Quisquis volumen hoc vides, quisquis legis
Amanate lustrare Tempe cogita.
Sancti $\pi\alpha\iota\omicron\pi\lambda\epsilon\iota\acute{\alpha}\nu\gamma$ spiritus sacram.
Quod si volas cordi tuo, cerebro tuo
Seu pectori, pedibus tuis, oculis tuis
Medicamen, $\alpha\upsilon\varsigma\ \acute{\alpha}\lambda\epsilon\gamma\iota\phi\acute{\alpha}\rho\mu\alpha\kappa\omicron\nu$ probum.
Facili potes studio & labore consequi.
Sint te voles sacro expedire pralio
At Arrij expugnare blasphemum scelus.

210

Aut uigiv Eutychetis: aut Nestorij
 Allaosin, EMANVEL qua soluitur.
 Sabelli: Pauli furores impios:
 Aut Cinglij bilingue dogma & futile
 Aut Flacij agnita luis substantiam
 Siue alterum blasphemia cornu petas
 Agmen, caput rasum Baalis efferi
 Aut fastuosos Iesuitarum choros
 Patres Tridenti congregatos nequiter
 Suis polum qui venditant laboribus
 CHRISTI λύτγον boatibus temerant suis
 Galeam liber, Gladium tibi, clypeum dabit.
 Nam simplici morbos fugat verbo DEI
 Et simplici tela excutit verbo DEI,
 Verbo DEI prosternit hostis copias.
 Hec arma sunt: diuina sunt hac pharmaca,
 Gratis pijsq; fruemur ergo mentibus
 Chemnicij labore sancto perpetim.
 Studijs & Haredum pijs Chemnitij
 Quos veritatis ardor, atq; Ecclesia
 Adegit, ut communicent nobis sua
 Dederat DEVS patri velut Chemnicio.

Ad: Crato.

EPIGRAMMA.
 IN DRACONEM ET LVPVM SIBI
 quemq; exorcismi in Ducatu Anhaltino debellati atq; xv
 è templo eieci laudem arrogantem ad imita-
 tionem Emblematis Alciati: Non
 tibi sed religioni.

Aëra discutiens alis Draco nuper ad Abim
 ὄγκισμῶ tabulas ungue trahebat atrox.
 Quod populus nouitatis amans fideiq; perosus.
 Et vidit, cecidit fex Babylonis, ait;

E 2

Vana

Vana superstitio mater quam patre Luthero
Defendit strictè secula multa satis.
Quamquam non habeat verbi fundamenta rituum
Aut exempla virum religiosa DEI
Quos primos posuit doctores ordine CHRISTVS.
Iussit & innatas tollere fonte lues,
Gratia sit quare, sit gloria summa Draconi
Sordida doctrina quod pede monstra terit.
O facinus dignum, quid enim Draco fecerit auctor
Rectius haud video quam temerare sacra?
Ast indignatus tantos Lupus inquit honores
Illius haud patior, sed reor esse meos.
Nam primus monstrum petij grauioribus armis
Nil Draco, ni per me quod facit omne facit.
Sustulit ovis non dicant Lupus impiger omnes
Quodq; Draco nequijt, praestitit arte Lupus.
Ni palmam rapiat Flacj malefana caterua
Semper erunt aliqui qui mea facta canant.
Cedat Dux noster clarus pietate Philippus
Quid nisi vana olim fama Lutherus erat?
Nam Lupus expurgat veteres ex dogmate feces
Funditus exigua nescit amurca super.
Vnus enim fuerit cum vir sine mente Lutherus
Omnia non potuit falsa videre semel.
Vnus at in foris gestans ego pectore flatum
Reliqua secerno dogmata falsa simul.
Gallia obhinc nostram durus exercita bellis
Cingliatq; chorus nomen in orbe ferens.
Donec in excelso ponant me sydere caeli
Quod tenet & Petrus Pompei q; Numas.
Si non grata mihi fuerit pia Saxonis ora
Ipse mihi grates dixerit Orcus, age.

Si no.

*Si nolint homines, Erebus me carmine tollat,
Vel laudet saltem Cerberiana schola
Et mea propugnet praconia classica turba
Cerberus infami quam regit arte Niger.*

S. I. Hass.

POST SCRIPTA.

MAGNIFICATISSIMO XVI.
ELUCIDATISSIMOQUE ET DE ARCA-
NIS LOGICAE THEOLOGICAE SUSPECTISSIMO
sibi Domino Magistro cum Reuerentia dicto Gregorio
Bersmanno, Rectori scholae illustris soteropolitanae
norum, suo gentili mellificatissimo.

Eucharius Löw.

BENE agere, Magnificatissime & Elucidatissimo Do-
mine Magister, & Bersmanno, & Rector illustris
scholae soteropolitanorum, & gentili mellificatissime,
non possum vobis celare iuxta nouum vestrum Zer-
westense latinum, quod non valde pridem apud me fuit quidam bo-
nus Gesellus vester, cui vestram poëtriam laudavi, & quod nouum
artificium in logica inuenistis reducendi syllogismos ex prima figura
in secundam sine medio termino, supra quod ipse valde sese miraba-
tur. Cogitabat enim, quod oportet vos esse in superlatiuo doctum vi-
rum, quod etiam probabat ex Grammatica. Nam tam doctus non
fuit in Grammatica Linacir neq. Valla in facienda Etymologia nomi-
nis Zerbst, quam vos estis. Quia si ut sum per Etymologiam deducitur
ab *ē* in *s* mutando *ē* in *s* & *u*. in *v*. & *l*. in *m*. ut fiat sum sicut habetur
in libro Magistrali, Es tu scholasticus? Et quemadmodum ex volo de-
ducitur Benjamin. &c. ita *Z*, mutatur in *sot*: Erebus, mutatur in Erop,
meda scilicet consonans in tenuem graecicè: Et finalis interiectio
st, nota silentij pythagorici, in *stis*, Et ita ex Zerbst fit Soteropolis.

E 3.

lbs

Ib: ego putavi hac est una bella Bacchantia cuius artifex vel Bersmannus est, vel Amlingus, vel Dionysius vel quasi. Quia magnum est lumen in illis, quod non vident omnes homines, sed tantum qui tam sancti sunt ex utero matris quam illi. Et finalem causam dicebat esse, quod hac Etymologia intenderet vos non velle silentium habere: sed erin quia cum silet, potest etiam fatuus videri vir valde doctus. Vestra vero Ars vult sonare per terras longinquas, & non esse in suo loco contenta, quasi continentis ambitu, sed vagare extra capellas, & in aliorum etiam res & negotia se immiscere, propter quod valdissime laudant vos scholastici. Et sic ego capi plus mirari super vos, quod estis Magister Etymologicus in Grammatica. Et Magister Logicus in Dialectica. Et Magister Theologicus in Biblia. Et estis insuper Rethoricus in nouo Zeruestense latino: Et estis Poëta Iambicus in pasquillis & famosis libellis & quod hanc artem excoluistis Lysia in iuuentute, & nunc eam tenetis in Soteropolitana schola, quod est Zerbst. Et vultis disciplinare omnes qui has artes non possunt tam bene, ut vos, vel quasi. Ideoq; volui vobis illuminationis gratia aliquam Embleumam facere, ubi omnes artes vestra & omnes virtutes breuiter continere possem. Et capi mecum cogitare, quod illud non possem melius facere nisi ex duabus vocalibus, cum una liquida, & adingerem $\alpha\sigma\mu\sigma\upsilon\upsilon\varsigma$ S, iuxta tenorem Etymologi satiationis vestrae. Et facta est talis figura:

I	N	I	N	I
N	I	S	I	N
I	S	A	S	I
N	I	S	I	N
I	N	I	N	I

Hic ille r ester bonus gefellus dicebat, Soll das ein Magister oder Doctor heißen / Ego non intelligo. Ibi quarebamus, quæ esset Radix iuxta Hebraeam linguam. Et inueniebamus quod in medio consistit virtus, unde vos medium terminum potestis mutuare in vestrum syllogismum, & predicatum competit, ad subiectum copulare, quod est

est sigillum. Sed quia figura est hac Embleuma, sed in secundo videlicet
in Numero plurali, ideo necesse est, quod non vos solus, sed & Amlin-
gus, & Dionysius & Haringus in eo potestis invenire dignitatis in
vestrarum nomen plusquam quinquaginties. Ibi subrisit bonus gesel-
lus, et dixit, Es ist wol zubeflagen/das die seine Schule vnd Bes-
meine zu Berbst mit solchen Eseln vnd versührern beschlagen ist. Et
cogitabat de quodam lupuli fure, quem ficerat Amlingus vel eius v-
xor quod furatum lupulum ab eo emissent parvissimo precio. Denn
were kein Heler/ so were auch kein Stelcr/ sicut ille fur conquestus
est coram iudicio, & suspensus in patibulum ante Magdeburg. Hac
volui vobis notificare stylo vestro Bersmannico, ut videatis me ali-
quid posse à vobis discere si opus est, quod vos boni consulere vultis.
Bene valete. Ex Holtzhusa prope Lipzig. Anno publica defectio-
nis vestra secundo, qui est à nato Christo. 1591.

ERRATA.

A. 2. Lin. 26. lege probatis.

A. 3. Lin: 14. lege τῦσ. Lin. 17, lege γῆρασ.

Lin: 19. lege γοντείας.

Fac: 2. Lin: 1. lege böse zumachen mit mir.

A. 4. Lin: 11. lege cuiusdam.

B. 2. Lin: 7. lege das siegel/ Lin: 12. lege das siegel.

B. 4. Lin: 28. lege, Figuræ.

C. 1. fac: 2. Lin: 28. lege Latino

C. 2. fac. 1. Lin: 11. lege affectatè. Lin: 19. lege facellant,

C. 3. fac: 1. Lin: 30. lege, σαφείατα,

C. 4. fac: 1. Lin: 3. lege, quia.

D. 1. fac. 2. lin: 6. lege, dissipabuntur Ecclesie, nisi sint qui
pugnent in acie, & Aduersarios contutent.

D. 4. fac. 1. Lin: 8. lege, flagris.

Reliqua Lector æquus & candidus dijudi-
cabit candidè.


QX 16 1263

X 2206863

ERRATA

111





X 6
1263

MONITIO
CA ET NECESSARI
LEGITIMA ADAMI CRA,
VSANI Pastoris & Superintendentis
Calbensis ad ripas Sala.

STRENA
VICORVM SOTE,
DEQUE LOGICA IPSORVM NO,
A IN SCHOLA ZERVESTENSI,
Plato, nec Socrates, nec Alexander Athenis Pro-
Aristotelici organi interpretes, nec Raymundus
Rodolphus Agricola, nec Casarius, nec Melancha-
us, nec Hyperius, nec Strigelius, nec Crusius,
Schola ulla, nec homo omnino
s uiderat antea.

Eiusdem ΔΙΕΚΔΙΚΗΣΙΣ.
NEM ET CALVMNIAS VA-
Gregorij Bersmanni.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

VI Anno D. M. X. C. II

